



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Quid sit conte[m]nere, relinq[ue]re, & no[n] diligere mundu[m]: & quid in  
tali loquutione no[min]e mu[n]di designet.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

## DIONYSII CARTH.

**Idem** reddit. Et iterum, Necesse est ut cui Christus dulcescit, mundus protinus amarescat. Hæc ideo dixi, ut te q̄dilectissime frater, a mundi amore avertam, atq; ad sincerissimam in deo delectationem inuitem, ad statum perfectionis alliciam, atq; ad experiendum quā dulcis est deus, quam dulce sit ei familiariter adhærere, ferverter seruire, inducam: vt sis non iam duntaxat seruus, sed & amicus dilectusq; filius creatoris tui ac salvatoris. Hoc enim plus appetendum est tibi, q̄ vniuersus hic mundus, cum omni suo ornatu & gloria. Spero q̄ dominus dabit tibi de his omnibus intellectum. Non enim præsumo exhortationem meam tibi in aliquo profuturam: nisi assit spiritus sanctus dans gustum & sapientiam per inspirationem occultam. Quemadmodū scriptū Job. 32. est, *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.*

Quid sit contemnere, relinquere, & non diligere mundum. Et quid in tali loquutione nomine mundi designetur.

### Art. VIII.

Iac. 3.

Augustin.



MICITIA huius mundi inimica est deo. Si quis ergo voluerit amicus fieri mundi huius, inimicus dei consti-tuetur: quemadmodum August. testatur, *Sola dilectio distinguit inter filios dei, & filios diaboli. In filijs enim dei regnat & præualet amor diuinus ac spiritualis: per quem ad cœlestia iugiter tendunt. In filijs vero diaboli, regnat & præualet amor mundi, amor priuatus, improbus, & inordinatus, qui diuinæ charitatis est venenum. Tota ergo scriptura hortatur nos ad priuati atq; mundani amoris extirpationem; & item ad proficiendum*

DE ARCTA VIA SAL. Fo. 10.

endum in dilectione dei ac proximi. Porro pri-  
tuatus est amor, quo ad nosipos vitiouse reflecti-  
mur: ea videlicet appetendo quæ nostræ natu-  
ræ utilia seu delectabilia sunt in ordine ad se-  
ipsam, non quantum ad deum: ut sunt mundi de-  
litiæ atq; diuitiæ, honores, laudes, cætera q; mū-  
diana similia. Qui autem diligit se vere in deo: o-  
mnia ista cōtemnit & abiicit, q; tum ad usum su-  
perfluum, vel quantum ad plenariam abnega-  
tionem. Sed quoniam omnis creatura dei est bo-  
na, ideoq; amanda, iubemurq; inimicos dilige-  
re, nec quenquam debemus cōtemnere, nisi nos-  
ipos. Isaia dicente, Vx qui spernis, nonne & i-  
se sperneris. Hinc igitur habet quæstionem, quo-  
modo intelligendum sit, q; scriptura præcipit nos  
mundum odire ac spernere. Denicq; si omnis qui  
diligit mundum, dei inimicus efficitur: videtur  
q; mundi contemptus sit de necessitate salutis.  
Ex quo ultra inferre quis posset, q; omnes secula-  
res & coniugati essent in statu damnationis. Ad Diuersa ac  
horum solutionem habendam, aduertendum: q; cep. mudi.  
mundus diuersis modis accipitur, tam a philoso-  
phis q; theologis. Nam & quidam philosophor; q;  
videlicet Plato & Pythagoras, discipulos suos Plato  
ad mundi hortabantur contemptum. Primo igi-  
tur mundus accipitur pro elemento terræ, seu or-  
be terrarum. Sic sumitur in euangelio, vbi loqui  
tur Christ. apostolis, Euntes in mundum vniuer- Marc. 16.  
sum, prædicate euangelium omni creaturæ. Sic  
Quoque dicunt philosophi, q; minima stella cœli  
major est toto mundo. Secundo accipitur mun-  
dus pro tota regione elementari atque mixto-  
rum. De quo accipi potest illud Apo. i. Cori. viij.  
Præterit figura huius mundi, Iuxta hunc sensum  
dicit

DIONYSII CARTH.

dicit philosophorū p̄inceps. Oportet hunc mundū contiguum esse lationibus superiorū, vt tota virtus eius inde gubernetur. Tertio mundus accipitur pro tota substantia corporali creata. Sic Plato in Thim. tractat de productione mundi sensibilis. Quarto sumitur mundus pro toto vniuerso, in quo visibilia & inuisibilia, separatæ substātiæ & materiales comprehenduntur. De quo ac

Iohan. 1. cipi potest illud, Mūndus per ipsum factus est. Sic Philosop. que Philosophus ait, Extra mundum nihil est.

Quinto accipitur mundus pro homībus in mundo hoc inferiori manentibus, seu pro toto genere humano. De quo dicit Apostolus, Omnis (seu totus) mundus subditus sit deo. Et Christus, P̄ia dicabitur hoc euangelium regni ī vniuerso mūndo. Sexto accipitur mundus pro electis ac præde-

Iohan. 3. stinatis hominibus. De quo legitur, Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vñigenitum daret.

Septimo mūndus accipit pro p̄scitis, peruersis, & reprobis. De q̄ Ch̄r̄s ait ad Iudæos, Vos de hoc

mundo estis: ego non sum de hoc mundo, id est, de numero impiorum hominum, mundanam ac vaniam vitam ducentium: de quorum numero estis vos. Itemq; ad apostolos, Quia de mundo non estis: sed quia ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Hoc modo mundus frequenter magis accipitur in scripturis, præsertim in euangelio atq; epistolis sancti Iohannis. Po-

Hugo stremo Hugo in libro quem de mundi vanitate composuit, accipit mundū pro mutabilitate cōversationis humanæ in mundo isto. Quum ergo

Iohan. 2. scriptura diuina iubet mundum cōtemni odioq; haberi, iuxta illud: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; per mundum intelli-

gendi

DE ARCTA VIA S A. Fo. 17.

gendi sunt homines mundani & vani, transito-  
rijs non diuinis intenti; bona quoq; terrena, & ea  
qua mundani reputant magna: ut sunt tempora  
liter prosperari, carnaliē dilitiari, laudari, ac ho-  
norari, ditari, ac sublimari. Omnia ista & sensi-  
bilia & temporalia, vniuersa contemnenda odi-  
enda q; sunt: non quantum ad id quod essentiali-  
ter sunt, sed in quantum in via dei nobis obsistunt,  
iterq; nostrum ad patriam impedit aut retar-  
dant, & ne eis finaliter inhæreamus, quemadmo-  
dum hi qui in bonis creatis caducis, sibi finē con-  
stituunt, ea magis quā deum querendo, amādo,  
cogitando, optando. Cum ergo videmus quem-  
piam in seculo isto multipliciter prosperari, atq;  
ad libitum conuersari: non reputemus, nō magni-  
ficemus, nō affectemus huiusmodi vitam, nec  
talem hominem magnipendamus: sed potius vi-  
lipendamus, non odiendo naturam, necq; spernē-  
do absolute personam, sed vita eius, & eū quan-  
tum ad illa per q; elongatur a deo eterno ac ado-  
rando. Vnde de viro iusto cantamus Ad nihilū  
deductus est in conspectu eius malignus: timētes Psal. 14.  
autem domini nūm glorificat. Sie quoq; Aristot. in  
Ethicis ait, q; magnanimus est contempiuus: q;  
niam paruipendit aliquos, in quātum viliter vi-  
uunt. Nihilominus personis iniquis, quantum ad  
id qd sunt, charitatis & pię cōpassiōis affectū  
debemus impendere: tanto amplius, quāto vide-  
mus eos plus implicari & obtenebrari, florere,  
gaudere, & exaltari in seculo isto. Propter qd dicit Hierony. Pctores tunc perpendimus magis Hierony..  
miseros: qn conspicimus eos in culpis suis sine pœ-  
na relictos. Imo, vt idem ait glosus Hieron. atq; Hierony.  
Ambro. nullū est certius signū reprobationis di Augustin.

D uinæ, &

D I O N Y S I I . C R T H V S I.

Apoc. 3. *Uinç, & damnatiōis futuræ, quam prosperari &*  
*sine flagello esse in vita præsentí, præsertim cum*  
*dñs dicat: Ego quos amo, arguo & castigo. Nūc*  
*considerare incumbit, quomodo contemptus &*  
*odium mūdi sit de necessitate salutis. Nisi em̄ ali*  
¶. Ioha. 2. *Quo modo esset de necessitate salutis: nō dixisset*  
*sanctus Iohan. Si quis diligit mundum: nō est cha-*  
*ritas dei patris in eo. Itaq; aduertendum, q; duo*  
*sunt gradus odiendi cōtemnendiq; mundum, lo-*  
*quendo in genere. Primus est vt mundus, & ea q;*  
*mundi sunt cōtemnantur, ac odio habeantur, in*  
*quantum directe a deo impediunt & auertunt,*  
*hoc est, ne supra vel contra deum amentur, ne eis*  
*contra diuina præcepta quis conformetur, aut ac-*  
*quiescat, ne bona terrena coelestibus pferat bo-*  
*nis, nec laudes honoresq; temporales coelestibus*  
*anteponat, ne vitam præsentem amet amplius*  
*q; futuram. Hoc modo cōtemptus & odium mū-*  
*di est de necessitate salutis, ita q; vnuſquisq; te-*  
*netur sic contemnere mundum, tam solitus quā*  
*conjugatus. Quod non mediocriter opinor diffi-*  
*cile his qui conuersantur in mundo. Secundus yō*  
*gradus contemnendi mundum, est per plenā om̄i*  
*um mundanorum abnegationem: vt quis diuiti-*  
*as, delitiæsc; mundi abiisciens, deo in voluntaria*  
*paupertate & vera castitate eligat deseruire. Sic*  
*mundum contemnere, est temporalibus rebus, se-*  
*culi pompis, secularibus morib; ac dignitatib;*  
*renūciare, oēm seculi vanitatem despicere,*  
*per viam consiliorum dei incedere. Quod qui fe-*  
*cerit: certum est q; mundanis hominib; displice-*  
*bit. Qm̄ sicut si miltudo est causa amoris & cō-*  
*placentiæ, sic dissimilitudo displicantia est origo*  
¶. Gala. 1. *auersionisq; mater, Hinc clamat Apo. An qro*  
*homini-*

D E A R C T A V I A S A L . F o . 18.

homini bus placere? Si homini bus adhuc place-  
rem: Christi seruus non esse. Et item Psal. Deus,  
inquit, dissipauit ossa eorum qui homini bus pla-  
cent. Confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Non  
ne horribile nimis est verbum hoc? Quid enim tam  
formidolosum, ut sperni a deo, cum Salo. dicat, Co-  
sidera opera dei, quod nemo possit corrigere, quem  
ille despexit? Hoc modo mundum contemnere,  
est vniuersa mundana, ca duca & vana non so-  
lum despicere, in quantum directe: sed etiam in qua-  
tum occasionaliter a deo impediunt. Creaturæ nam  
sapientia testante, sunt in tentationem animæ  
hominum: & in muscipulam pedibus insipienti Sapie. 14.  
non utique directe, quia ut Salo. docet, opera Eccl. 3.  
sua fecit deus ut timeatur, sed occasionaliter in-  
quantum sibi creaturarum decore & utili-  
tate in animali delectati, ibi subsistunt, finaliterque q-  
escunt, nec talia ad gloriam referunt creatoris, qui  
solus est omnium nostrum ultimus finis. Hinc ait  
Isidorus, Melius est habere odium malorum, quam con-  
sortium. Sicut enim multa bona affert communis vi-  
ta sanctorum: sic plurima mala affert societas  
iniquorum. Porro in huius processu opusculi  
principaliter loqui intendo de contemptu mundi,  
secundo modo, prout status perfectiois, obserua-  
ti amque consiliorum concernit. Interdum tamen aliquis  
introducat de mundi contemptu, primo modo accepto,  
prout est de necessitate salutis, et obseruantia prece-  
ptorum.

De triplici motu contemptus  
mundi in geniali. Artic. non.

Ars mea dominus, dixit anima mea, pro-  
pterea expectabo eum. Bonus est dominus  
speratus in eum, etiam christi illum. Quem  
admodum ait scrip. funiculus triplex dif-  
fice



Eccles. 7.

Isidorus.

Tremo. 3.

Eccles. 4.